

henderit, solutos pena vinculisque laxatos, custodia [liberari] precipimus, nec formidare miseriam ullas exilii. Sic i factis immenso- rum cruciatuum femel 2 luisse supplicia, ne [hi] qui 3 diu priva- ti sunt auræ 4 communis haustu, & lucis 5 aspectu, intra breve spatium catenarum ponderibus prægravati, etiam exilii penam susti- nere iterum compellantur. Dat. 14. Kal. Maji, CONSTANTIO & CONSTATE VI. CC. CONSS. 414.

Ue, qui stetit in exilio, quantum debuit, non debet incarcerari postea. Bald. 21. lidem AA. Monaxio P. P.

RECTORES 6 provinciarum conveniri præcipimus, ut hi, qui suo crimi- ne penam exilii sub certo temporis spatio fubire decreti sunt, exacto præfinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis, quibus exules versati sunt, teneantur. Dat. 3. Kal. Sept. Eudoxiopoli, D. N. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO V. C. CONSS. 416.

De his, qui conficiendi naves peritiam Barbaris tradiderint. 25. lidem AA. Monaxio P. P.

HIS qui conficiendi naves 7 incognitam ante peritiam Barbaris tradi- derint, capitale iudicium proponi decernimus. Dat. 8. Kalend. Octobr. Constant. MONAXIO & PLINTA CONSS. 419.

De exilio perpetuo vel temporali. 26. Constitutionis argumentum, quæ lingua Græca primum fuerat edita, ex lib. 60. Basil. tit. 51. cap. ult. Jacobo Cujacio 8 interpret.

CONSTITUTIO jubet, ut ne missi in exilium, eis locis, in quæ missi sunt, degant in custodia, & ut ne quis relegerit in propugnacu- lum Gypsi 9, vel alia præfidia: sed si quidem morte dignum sit cri- men, huic penæ subjiciatur: si exilio perpetuo vel temporario, tum in exilium mittatur: ita tamen, ut non jubeatur esse in custodia eis locis in quæ mittitur: sed in provinciam eam, quam iudex staverit, citra civitates & provincias inferius exceptas, cum potestate versandi in tota provincia, quæ tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam feditiose, & incivilliter agere, nisi velit ultimo supplicio addici a præfide provincie, ut in Regia urbe, in eo non sint supra 10 constitutum jam tempus in superiori titulo de custodia, & simili modo in provinciis: ut compendio criminum cause finiatur: & reus, si dignus exilio, damnetur, non in custodiam, sed in provinciam quæ non sit ex prohibitis, ea lege ut ultimo supplicio addicatur, si provin- cia exceperit, vel ibi incivilliter quid admiserit. §. 2. Magistratus 11 autem Alexandriæ & Thebaidos solos jubet in Gypsum, vel in Oasin 12 mittere, vel in sex menses, vel ad summum in annum. Quod si per- petuum sit exilium, neque in Gypsum mittere, neque in Oasin, neque in custodiam aiterius provincie, sed ut dictum est, in provinciam integram ea conditione, ut si quid deliquerint, vel si exceperint iusta præfidum qui miserunt, ultimo supplicio addicantur. §. 3. Jubet autem officiales cujusque iudicii, hujus legis commonefacere præfi- des: nec quemquam detinere ultra relegationis tempus, sed itatim di- mittere sine damno & mora, & eum quicquid ausus fuerit accipere, quadruplum reddere. §. 4. Prohibentur vero præfides relegare in provincias & civitates constitutioni subjectas 13.

TIT. XLVIII. NE 14 SINE JUSSU PRINCIPIS CERTIS JUDI- CIBUS LICEAT CONFISCARE. Judices merum imperium non habentes, non possunt suo officio præter legem exercendo bona confiscare. Salic. 1. Imp. THEOD. A. & VALENT. C. ad Hierium P. P.

Nulli 15 iudicium liceat (exceptis, qui in summa 16 administra- tionis sunt positi potestate) proscriptiois tempestate totius 17 substantie aliquem percollere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Dat. 10. Kal. Febr. Constantinop. THEOD. A. XI. & VALENT. C. CONSS. 426.

TIT. XLIX. DE 18 BONIS PROSCRIPTORUM, SEU DAMNATORUM. De peculo servi damnati.

1. Imp. ANTONINUS A. Marco. SERVORUM capitis crimine damnatorum pecunia dominis non auferri notum est: sed quod servum dominus habuisse probaverit, recipit, pretiumque rerum, si quæ ab eo distraxit sunt.

1 Humana sententia, l. 33. §. 2. de episc. & cleric. l. 29. in fin. super de episc. aud. l. 4. §. 2. ff. de lege ribod. 2 Semel puniri sufficit. 3 Carcere qui decernitur, aure communis laudis & lucis aspectu privati intelliguntur. 4 Aëris, lucisque alpe- dunt, communis omnino est: ut mirum fit, Michælem Paphlagonem aëris haurire quæ- culatam subdit vendidisse: & in eam rem vestigal indixisse, quod ab eo sceleris atque appellarunt Cædreo & Procopio, ut notavi in Nomenclatore ad Harm. l. 1. tit. 4. §. 47. 5 Lucis aspectus, cuius natura communis est. Est vero Philopoli lux qualitas, que in lucido corpore videri potest: lumen vero a luce est alius percipitur. Licet autem mora- exiffimat. 6 l. 23. febr. h. t. l. 23. Cod. Theod. h. t. 7 Naves autem ignotas, qui barbaros fabricari docet, capituli penæ subijciunt. l. ult. Cod. Theod. 60. Ecl. 36. ex tit. 27. 20. obf. 31. 8 Quem vide obf. 36. in fin. §. 8. obf. 10. l. 41. §. h. t. 9 De Gypso vide §. 2. j. h. t. Novell. 22. cap. 9. Novell. 142. cap. 1. 10 l. 41. §. h. t. 11 Id est, iudicium. 12 Oasin infesta culicibus & multis gran- dioribus. Non fuit tamen infesta, vide l. 7. §. 5. ff. de interd. & releg. itaque in Oasin relegatio nuncupatur, quæ in insulam relegatio a Nazzeno dicitur avaris dicitur legi- pnia. 13 §. 1. super. h. t. 14 l. 9. C. Theod. 41. §. 60. Ecl. 52. ex tit. 47. 15 l. un. C. Theod. 16 Ut sunt præfidi prætorio, vicarii, præfidi urbi: non præfidi. 17 Bonorum omnium publico, principie incensatis, hominis tantum iudicibus permittitur. 18 l. 9. C. Theod. 42. dixi ad l. 48. D. 20. & 60. Ecl. 42. Hodie bonorum conficiatio certis tantum casibus locum habet. Novell. 17. c. 12. Nov. 134. cap. ult. vel. Ut autem, adde Geminum de maleficio. Rubrica de bonis malefactorum. 19 Penam mortis variis ex causis differri potest: veluti si a reo petatur rationum redditus, ut hinc, si de crimine præ- iore accubatur, l. 1. in fin. ff. nihil innovari: si appellat, l. 20. §. de appellat. (qua in spe-

Ipsius 19 quoque presentie potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratæ reddantur, ac disponantur 20. Sed meminisse do- minum oportebit instare, ut id velociter fiat, ut penæ sue reddi possit.

De rebus post deportationem acquisitis. 2. Imp. ALEXAND. A. Frontoni.

DEPORTATI, nec earum quidem rerum, quas post 21 penam irrogatam habuerint, heredem habere possunt: sed hæ publicabuntur 22.

De peculo filifamilias damnati. 3. Idem A. Juliano.

SI filius tuus, cum esset in [tua] potestate, in insulam deportari meruit, peculum ejus, nec quod in castris 23 acquirit, vel quod ei militatu donasti, auferri tibi debet. PP. 6. Id. Septembr. ALEXAND. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De damnatis in metallum, & restitutis. 4. Imp. GORDIANUS A. Callimorpho.

IN metallum damnatus penæ 24 servus efficitur: & ideo ejusmodi sententiam passi bona vindicantur 25 rationibus fisci. Quare si 26 quid rerum habuit is, quem postea nostra indulgentia liberatum esse proponis, ad jus fisci potius, quam ad ipsius dominium pertinet.

De tutore. 5. Imp. PHILIPPUS A. Ariano.

SI (ut proponis) bona ejus, qui tutelam tuam administravit, fen- tentiam passi ad fiscum sunt devoluta: Procuratorum nostrum adire 27 cura, qui si quid jure postci animadvertit, non negabit.

De filiis deportata. 6. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Gaudentio.

DE bonis matris deportatæ filii 28 nihil 29 debent, nisi absolu- tissimi est.

De bonis deportati describendis, & ad Principem referendis. 7. Imp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P. P.

SI quis 30 intra provinciam pro qualitate delicti styrum proscriptiois incurrit, per ordinari Officii sollicitudinem bonorum ejus inda- gantur, colliguntur, & quod sit raris invenit, quod incul- tum sit, aut colatur, quid in vineis, olivets, aratoris, pascuis, sylvis fuerit inventum: que etiam gratia, & que amonitas sit loco- rum, quis [in] ædificiis ac possessionibus [sic] ornatus: quoque man- cipia in prædiis occupat, vel urbana, vel rustica, vel quarum ar- tium generibus imbuta teneatur: quot sint censurati, vel coloni, quot boum exercitiis terrarum atque vomeribus instrumentum: quot pecorum & armentorum greges, & in qua diversitate numerati sint: quan- tum auri & argenti, & vestium ac monilium, vel in specie, vel in pondere, & in quibus speciebus, quidve in apothecis fuit reperitum: Tunc demum omnia [ea] que velle nos perspicis, inquisitione conf- stricta Rationalis rei privatæ traduntur officio, aut Palatinis super hac causa missis, nostro necedenda patrimonio. Mox vero ad nos lib- teris publici iudicis sigillatim de omnibus nominatimque referunt, proculdubio negligentia multanda. Nam si quid post factam a præ- fide officii investigationem, Rationalis rei privatæ, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis invenerit, Officium fraudu- lentum ea condemnatione ferretur, ut aliud tantum, quantum [fue- rat] substractum, ex propriis facultatibus inferat. Dat. 3. Non. Maji, Treveris, VALENTINIANO O. NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

De liberis damnatorum. 8. Imp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

SI 33 deportatus suos 34, & emancipatos liberos habuerit: pars 35, quæ ex bonis ejus liberis concessa est, ad eos tantum, qui in potestate erant, transferatur: si emancipati 36 ea, quæ consecuti erant emanci- pationis tempore, damno suo exilium conferenda. Sin autem con- sultationem bonorum, & donationis elegerint: ea omnia, quæ fisco [liberis damnati] concedit, quæque divisionis partibus sortiantur.

† Quæ regula etiam in dote filiarum, vel nepotis ex filio deportati conferenda, custodienda erit. Dat. 15. Kalend. Jul. Theodosian. GRATIANOV. & THEOD. I. AAA. CONSS. 380.

De viro & uxore. 1. De donatis filiis emancipatis ante rea- tum patris. 2. Quibus fisco serventur.

SI 37 quis posthac styrum (quod abijt) proscriptiois exceperit: uxore 38 ejus res proprias ex quocunque titulo sibi quaeritas veluti

ex existant tunc, si forte neglecta eius appellatione ad supplicium ducendus fuerit, im- pune manibus officialium eximi possit. Bald. Angel. in l. 29. §. de appell. Arcin. §. pen- rem imponi sufficit: tunc enim expectandi triginta dies. l. ff. de vendicari. 20. §. de panis: si standum superioris est restitutum. l. 6. §. 7. ff. de iustitia. l. 16. in fin. ff. ad l. C. de re. de. f. simili modo. ff. quando appellatum fit, si populi tamvis aliter sedari non possit. Cuius- que quis pariat. l. 3. ff. de panis. 20 Diffinguntur, a quibusdam ita legi monent. 1. exf. diti. vesp. simili modo. si mulier prægnans sit damnata. Tunc enim expectandum id cen- suræ, eaque lectio probatur a Cujacio hinc, & in Basilicis xax. §. de re. de. f. 21 l. 7. §. 5. ff. h. t. vide Cujac. 6. obf. 23. 22 Imo non sequitur filium. l. 22. §. 5. ff. mandata. 23 Cæcilius filiorum non conficitur. 24 Hodie penam liberis nemo efficitur. Nov. 22. c. 8. 25 l. 1. ff. de bon. damn. l. 3. de interd. 26 l. 3. ff. de iust. iust. 27 Et ita fisco heredis loco habetur. dixi ad l. 128. ff. de reg. jur. 28 l. ult. j. h. t. de inventario. Nov. 17. cap. 12. Nov. 134. cap. ult. 30 l. 7. C. Theod. h. t. 31 De appellatione. Hinc constitutionis contra l. 4. ff. de censib. Nov. 1. c. 2. l. 2. §. 7. de iure ius in sylvis: putes in prædiis: percolatus in pascuis: neculatus in pascuis. Sildon. 3. potestatem. 32 Damna patris bona quædam, hoc est, pro parte, ejus liberis addi- tur. Nov. 34. l. 1. §. de emans. l. 17. in fin. §. de colat. Nov. Leon. 24. 33 Interpolat est hæc constitutio ex l. 8. Cod. Theod. h. t. 34 Publicatis bonis viri, Gandin. arat. de malis. rub. de bon. malefactorum. manu

TIT. LI. DE BONIS EORUM, QUI MORTEM 17 SIBI CONSCRIVERUNT.

Ubi quis mortem sibi conficit ob criminis publici conscientiam, bona ejus publicantur.

1. Imp. ANTONINUS A. Aquilia.

ERUM demum bona fisco vindicantur, qui conscientia delati, admittisse criminis, merque future sententie, manus sibi in- tulit. Ea propter fratrem, vel patrem tuum, si nullo dela- to crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio vite, aut furore, vel eorum, tam ex testamento, quam ab intestato ad successores perti- nebunt. PP. 12. Kalend. Jun. DUBIUS & ASPRIS CONSS. 213.

2. Imp. ALEXANDER A. Rustico.

ERUM, qui in 19 reatu diem suum functi sunt, si non perduellio- nis 20 causam sustinuerunt, nec ob metum criminis 21 mortem sibi confecerunt, bona ad successores transmittuntur. Dat. Idib. Maji, ALEXAND. A. iterum, & MARCELLO A. CONSS. 227.

TIT. LI. DE 22 SENTENTIAM PASSIS, ET RESTI- TUTIS 23.

Quid sit in integrum restituere.

1. Imp. ANTON. A.

CUM 24 salutatæ esset a Gentiano 25, & Adveto, & Opilio Macroino 26, Præfictis prætorio, Clarissimis viris: item Amicis, & Principalibus 27 officiorum, & utriusque Ordinis 28 viris, & processisset, oblatu 29 est ei Julianus Licinianus, ab Opilio 30 Ulpiano tunc Legato in insulam deportatus: tunc Antonius Augustus dixit: Restituo 31 te in integrum provincie 32 tue, & adjectit: Ut an- tem fecas, quid 33 fit in integrum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris te 34 restituo.

De bonis. 2. Idem A. Quietio.

CUM patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, ejus quidem bona merito a fisco occupata sunt: nec ideo quod ex indulgentia 35 mea penam tantummodo metalli liberatus es, etiam 36 bonorum restitutionem impetravit: nisi 37 speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

De are alieno. 3. Imp. ALEXANDER A. Stratonico.

SI debitor penam sententie passus est, quam bonorum ademptio secuta est: quamvis postea civitati Romanæ restitutus, non totam substantiam, sed aliquid 38 indulgentia Principis ut habere, im- petravit, seris tamen alieni ex præcedente tempore penam liberatus est. Si vero partem bonorum accepit, pro rata portione ejus tenetur 39. Quod si ob pecuniam debitam fisco bona ejus occupata sunt, man- sue una cum [his] judicioribus propriis creditoribus obligatus.

De tutela actione. 4. Idem A. Valentina.

UTOR filiorum [tuorum,] quorum te bonorum possessionem acce- pisse dicis, in 40 metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus 41, quamquam locupletior 42 sit, actione tutela administratæ tibi non tenetur, si non ex gratia sententie facta, spec- tialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperaverit.

De aditionibus. 5. Idem A. Juliano.

SI ademptis bonis in insulam deportatus sis, quamvis ex indul- gentia communi redisti 43, actiones 44 tamen, quasquæque ha- buisti, remanent in causa bonorum publicatorum: nec ex ordine est, quod petis, ut contra heredes tutorum actiones tibi præsten- tur.

De patria potestate. 6. Imp. GORDIANUS A. Fabiano P. P.

IN insulam deportato filio 45, hæcque ratione vinculo paterne pote- tatis exempto: si postea ex indulgentia D. Alexandri (ut proponis)

cipes agentium in rebus. 28 Senatoris Equitris. 29 Ut deportatus in insulam restitueretur. 30 Aelio Cuius. ibid. 31 Julius Lucianus deportatus a legato Cæsar restitutus honoribus, et cæteris omnibus. 32 Restitutio provincie, vel latus sui, bonis, dignitati vero & bonis, patriæ potestati restitutus intelligitur. Bonorum enim appellatione liberi continentur, vid. Stortiam Oidium d. loco. quest. 95. firm est. 33 In integrum restituere quid fit hoc loco. 34 Hæc restitutio plenit- tudinem amittit, quæ fuerit. 35 Indulgentia penam, aut non bonis resti- tuitur bona indulta, ut hinc, & l. a. l. 5. inf. h. t. (cui obstat videtur, sed in fin. j. grum, non pro indulgentia) quid si indulgentiam illo loco accipitur pro restitutione in in- terconcella intelligitur, vid. Stortiam Oidium ibid. quest. 91. art. 6. 36 Indulgentia simpliciter generalis, non in- h. t. verum quidam indulgentie restitutionem illo loco accipitur pro restitutione in in- terconcella intelligitur: ut nihil, nisi exceptum sit, non in h. t. 37 Indulgentia 38 Forte modicum. 39 Adde l. 5. super de bon. proscriptor. vide Cujac. 14. obf. 38. 40 Si miles in metallum postea revocetur, quamvis deinceps locupletior sit, non tenetur eorum nomine, que ante metalli damnationem debuit: nisi pristina sua que scripsi ad l. 7. j. h. t. 41 Revoctus ex metallo, licet locupletior postea factus fuerit, non tenetur eorum nomine, que ante metalli damnationem debuit, nisi pristina Joann. Bapt. Cod. de quot. & quot. quest. 120. Ant. 42 Revoctus ex metallo, licet locupletior postea factus fuerit, non tenetur eorum nomine, que ante metalli damnationem debuit, nisi pristina Joann. Bapt. Cod. de quot. & quot. quest. 120. Ant. 43 Vide eandem d. l. 7. ad nisi restitutus facta sit. l. 11. j. h. t. 44 Filius restitutus, ut hinc, nisi cum bono restitueretur, ut hinc, nisi ea conditione restitutus sit, ut ius potestatis redimitur. l. 9. inf. h. t.

